

*106. Intrumentum testamenti di
Antonio de Gatta ‹ovvero de Gaeta›*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*106. Intrumentum testamenti di
Antonio de Gatta <ovvero de Gaeta>*

1417-11-09

(c. 45r) In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo decimo septimo, regnante serenissima domina nostra domina Iohanna secunda Dei gratia Ungarie, Hierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque regina, , Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno quarto feliciter amen, die nono mensis novembris, undecime indictionis, apud civitatem Potentie.

Nos notarius Ciccus notarii Iacobi // (c. 45v) de Potentia, iudex regius ad contrattus per provincias Basilicate, Principatus citra Serras Montorii, Tomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet per provincias Principatus citra et ultra serras Montorii, Capitinat(us) <sic> et Basilicate regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico testamur atque fatemur quod nobis preditto die accersitis personaliter ad domum abitationis donni Antonii de Gatta, ad preces nobis fattas pro parte dopni Antonii de Gatta preditti, sitam intus dittam civitatem Potentie in parrochia ecclesie Santi Gerardi, iuxta domum Pauli Vegi mediante muro comuni, iuxta domum archipresbiteri ecclesie Santi Gerardi et alios fines; et in sala domus preditte invenimus eundem d(ominu)m Antonium in letto iacentem infirmum, consentientem primo in nos predittos iudicem et notarium ut in suos, cum sciret ex certa sua scientia ipsos suos iudicem et notarium in hac parte non esse, eorum iurisdictionem voluntarie prorogando, sanum tamen mente et rette sue loquutionis existentem; et quia ut dixit apostolus ad hoc nascimur ut moriamur et ad hoc componimur ut dissolvamus, sanus censetur capite providoque consilio

qui sic attente vigilat sic studioque procurat ut, cum illa ora mortis advenerit, sic paratus et admonitus existat quod extreme mortis laqueus antiqui vattans *Così S per caligine* non succumbat adnexsus // (c. 46 r) et suis non relinquit superstitibus materiam litigandi. Hac igitur consideratione premotus, predittus donnus Antonius egrotus, suum in hunc modum qui sequitur coram nobis condidit testamentum, quod esse voluit ultimum et finale, derogatorium omnibus retro aptis <sic> et ipsum valere voluit iure quodicillorum seu cuiuscumque alterius ultime voluntatis et voluit idem testator quod in presenti suo ultimo testamento illa lex Falcidia in eum locum non habeat, epistole donationis causa mortis; et quia in quolibet testamentum submit exordium ab herede, propterea testator ipse in predicto testamento heredes sibi instituit, ordinavit et fecit Minocchum de Marsico, Cobellam neptem ipsius Minotti, Petritium de Piccolillo, Angelilla de Piccolillo et Rosella de eadem cognitione et legavit cuilibet ipsorum pro hereditate et iure hereditatis predictae tarenorum unum et non plus et quod super bonis suis ultra non possent petere et quod de dicta hereditate teneant et vocent se contenti. Item legavit predicta Rosella, ad quod sibi tenetur, tarenos tres et caldariam unam de here amore; item legavit corpus suum seppelliri intus ecclesiam Santi Gerardi in monumento comuni presbiterorum; item legavit pro uno vestimento deferendo secum in morte sua, in carlenis argenti tarenos duodecim; item voluit quod ad sua obsequia veniant canonici, clerici et capitulum maioris ecclesie Potentine et quod dicta obsequia fiant et celebrentur ad arbitrium suorum infrascriptorum, in quo fiant // (c. 46v) facole cere# quatuor; item legavit pro malis oblatiis incertis tarenos duos; legavit Bise uxori Macze

de Baboye, ad quod sibi tenetur, tarenum unum; item legavit diacono Dominico de Roto filio suo spirituali, amore et bono servimento sibi ut dixit prestito, domum unam quam ad presens habitat, cum omnibus asiamentis et suppellectilibus ac vinum <sic> quod reperitur in eadem domo et intus vegetes, sua vita durante, conditione adietta quod idem diaconus Dominicus non possit domum illam vendere, nec bona et asianita <sic> supra <dicta> alienare neque ad alienas manus transferre et post mortem suam, cum illis bonis que tunc in eadem domo reperiuntur, et dicta domus revertatur et applicentur luminarie ecclesie Santi Gerardi; quam domum et bona, predicta ecclesia pro parte luminarie teneat et possideat quia sic ipse testator voluit et mandavit; et voluit ipse testator quod predictus diaconus Dominicus letum cum pannis possit facere de eo et in eo quod sibi placebit et visum erit ad suum libitum voluntatis; item legavit eidem Dominico Dominico<sic> soccam unam vinee sue sitam in tenimento civitatis Potentie, in contrata ubi dicitur lo Vallone de Berlengerio, iuxta aliam socciam vine# vendite Pascali Nicolai de Iannello, cum medietate pro comuni et indiviso tinearum duarum et unius cibari et palmentario <sic> comuni et cum una terra ab inferiori parte // (c. 47r) dicte vine#, cum illa clausula et reservatione, ut superius est notatum, sua vita durante et [post] eius obitum similiter ad luminariam ecclesie Santi Gerardi revertatur. Item voluit ipse testator quod vendatur alia domus sua per suos epitropos pro solvendis legatis in suo testamento et funeribus; item legavit Colelle de Casella, amore, tarenos sex; item eidem de frumento tumulos septem; item voluit et mandavit ipse testator ac legavit predicto diacono Dominico, amore, totum frumentum quod reperitur in

alia domo sua et omnia asiamenta que reperitur intus in ea. Item voluit quod, soluto testamento et legatis in eo, omnia que supererint fieri debeat per epitropos suos calix unus argenteus in ecclesia Santi Gerardi per comunicar(e); item voluit et legavit quod fiat liber unum matrilogii in ecclesia Santi Girardi in cartis coreis; item legavit p(redit)to de Stella, amore, tarenos duos et scrineum unum de tabulis nuceis <pro> donatione; item voluit quod fiat charitas de frumento tumulorum quatuor; item legavit clericis ecclesie Santi Gerardi in comuni dividendos amore tarenos tres. Item legavit in reparatione ecclesie Sante Marie Annuniate quod reparetur campanile tarenos tres; item legavit luminarie Santi Gerardi quoddam vineale sibi legatum et tenet in beneficium et anuum censum Angelillus de Angelica de frumento tumulos duos, // (c. 47v) prope vineam ditti Angeli. Item legavit Ioannelle de Stelle, amore, de frumento duos tumulos. Item fecit suos epitropos et distributores et fide commissarios sui presentis testamenti archipresbiterum Santi Gerardi, Petrum de Stella et Iacobinum dela Nancha ipsosque Petrum et Iacobinum absentes tamquam presentes et quemlibet ipsorum insolidum, quibus et cuilibet ipsorum insolidum dedit plenariam, liberam et generalem potestatem intrandi, capiendi, vendendi, alienandi tantum de bonis suis quod <sic> presens testamentum et legata in eo plenarie exequantur; et voluit et mandavit quod predicti sui epitropi [pro] labore eorum subgerendo in ditto testamento seu in distributione eorum habeant pro quolibet tarenos quatuor. Item voluit et mandavit ipse testator quod si aliquod puntum, dittio vel clausula inveniretur in dicto testamento unde possit aliquo modo infringi seu annullari, quod ad meliore

consilium sapientis possit refici semel et bis seu quotiens opus erit, non mutata substantia veritatis, ita ut semper testamentum iuxta voluntatem et mandatum eiusdem testatoris prout per omnia declaratum in suo robore perseverit et hec est ultima voluntas dicti testatoris. Unde ad futuram memoriam et dicti testatoris preces et omnium quorum et cuius interest et poterit interesse cautelam, fattum est exinde presens puplicum instrumentum testamenti per manus mei predicti notarii, meo solito signo // (c. 48r) signatum, subscriptione dicti iudicis et subscriptione subscriptorum testium roboratum.

1

2

3

4

5

6

7

8

Così S per Gaeta (da Rendina e docc. coevi)

Così S per sano

Così S per studiose

Così S per monitus

*Così S; presumibilmente il sintagma è stato erroneamente
posposto*

Così S per testamento

Così S per summit

Così S qui, sotto Minottus

8

9

10

11

12

13

14

Quod scripsi ego predictus notarius<sic> puplicus ut supra notarius qui premissis omnibus vocatus rogatus interfui ipsumque meo consueto signo signavi. (SN) Ego qui supra notarius Ciccus ad contrattus iudex Signum crucis proprie manus diaconi Gasparis de Madio testis idioti qui interfuit et se scribere nescientis Ego donnus Cicconus de Ricc(ard)o archipresbiter Potentinus testis sum Signum crucis proprie manus donni Novelli de Strangotio qui scribere nescit et interfuit Signum crucis proprie manus donni Girardi de Pulcino testis qui interfuit et scribere nescit Ego presbiter Lucas de Coffo testis interfui Ego subdiaconus Dominicus de Potentia testis sum Ego donnus Nardus de Sacco testis sum

Così S per? sub eadem conditione

Così S per? epitroporum

Così S per? quod

Così S per socciam

Così S per? pro comunicando

Così S verosimilmente per Petro (desunto dal prosiegua)